Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi, Explanatio Catechismi Catholici

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Pio Christianæqvæ Plebis Institvendæ Stuvdioso Catechistæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

Visual Library

PIO CHRISTIANÆQVÆ PLEBIS INSTITVENDÆ STVDIOSO CATECHISTÆ.

QVandoquidem non auditores legis, ſed factores iuſti ſunt apud Deum, deinceps oſtenditur quemadmodum ſe quiſq; in fide, ſpe, & charitate reipſa exercere, & ſacramenta Catholico ritu, vtiliterq; ſuſcipere debeat: deinde quomodo (quod iuſtitia Chriſtiana requirit) audita opere complere, atq; ita totam doctrinæ Chriſtianæ ſummam, in ſuam vtilitatem conuerte poſſit. Quamobrem primò tibi curæ ſit, ſtudioſe Catechiſta auditores tuos ſeriò commonefacere, iiſq; data occaſione perſuadere, vt eorum, quæ ſummatim in Catechiſmo explicata ſunt, vſum ſibi faciant quotidiana exercitatione familiarē. Deinde adiectas in tuam, tuorumq; auditorum magnam cōmoditatem paſſim breues, ſed tamen neceſſarias annotatiunculas, rudi plebeculæ fuſius explicare memineris, & ad eas diligenter obſeruandas omni conatu inducere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN